

## Carabologische Notizen IV.

Von Dr. H. Roeschke, Berlin.

Herr Prof. Dr. G. Hauser hatte die Liebenswürdigkeit, mir 5 Calosominen aus Centralafrika zur Bestimmung resp. Beschreibung zu übersenden, die auf einer Expedition von dem jüngst durch ein Rhinoceros getöteten Afrikaforscher Dr. Kolb und seinem Begleiter, Oberleutnant v. Bastin eller auf dem Kenia in einer Höhe von 3—4000 m. gesammelt waren. Es stellte sich heraus, dass alle 5 Exemplare, obwohl in der Flügeldeckenskulptur äusserst verschieden, einer neuen Art der *Carabomorphus*-Gruppe (Kolbe) angehörten, und es ergiebt sich die neue und sehr interessante Thatsache, dass auch unter den Calosominen genau wie unter den Carabinen eine starke Skulpturvariabilität vorkommen kann.

*Carabomorphus catenatus* n. sp.

Breviter ovatus, niger, nitidus. — Thorax transversus, lateraliter rotundatus angulis non prominentibus. Elytra quadricostata et tricatenata. Abdomen strigis ventralibus et punctis ordinariis, metacoxae puncto setigerō anteriore deficiente. 21—23:8½—9½ mm.

Mandibulae fere glabrae, intus modo basin versus laevissime transverse subsulcatae. Oculi parum prominentes. Sulci capitis profundi ad oculos producti; caput intra illos tenuiter, extra satis crasse punctulatum. Mentum seta gulari praeditum; palpi labiales multisetosi, palporum maxillarium articulus ultimus in mare minime plus quam in femina dilatatus. Antennarum articulus 3<sup>us</sup> acutius carinatus 2° et 4°, 7 ultimi articuli grisei.

Thorax transversus, lateribus fere aequaliter rotundatis, postice parum modo plus quam antice attenuatis, modice convexus. Margines laterales late explanati et postice fortius reflexi, margo anticus non distinete determinatus neque incisus, perparum modo callosus. Sulcus longitudinalis solum in disco conspicuus, tenuis; hic sparse punctulatus itaque laevis esse videtur, juxta omnes margines thorax manifeste et crassiuscule punctatus. Ante angulos posticos vix productos, fere rotundatos impressio paene rotunda satisque profunda invenitur. Seta marginalis unica in medio adest. Sternum laeve, ante processum sternalem longitudinaliter sulcatum. Elytra convexa fere regulariter ovalia, summa latitudine pone medium, humeris valde rotundatis non pro-

minentibus. Mesothorax brevis, laevis, eius episterna brevia, latitudine non longiora, partim elytrorum episterna superantia. Metacoxae seta anteriore carent.

Abdominis segmenta laevia, 4um — 6um strigis ventralibus, in 6º striga medio plerumque interrupta. Puncta ordinaria adsunt, unum in utroque latere, raro tamen deficiunt (1 exemplar uno solo puncto praeditum est). Pedes recti, validi; tibiae anteriores utriusque sexus tenuissimo, vix manifesto sulco dorsali; tibiae mediae intus sulcatae sed non dense ciliatae.

♂: Tres tarsi anteriores dilatati subtusque spongiosi. Penis latus acumine subito contracto, deorsum incurvato et intorto, aequo ac in *Carabis Germari*, Neesi.

Elytrorum sculptura fortissime variat quod adhuc de Calosominis omnino ignotum fuit, etiam in tam fortiter differentibus formis ut in Carabis ipsis talem variabilitatem non inveniri recte dicam. Tres principales formas discerno.

I. *Carabom. catenatus*: Tres catenae oblongorum tuberculorum alternantes inter quatuor costas interpositae sunt, quarum costa suturalis plus minusve prominens aut abbreviata aut integra est. Inter marginem et extremam costam tuberculis deficientibus exigua granulatio percipienda est. Limites tertiarii partim plane deficiunt (costa suturali abbreviata), partim granulis adsunt (costa suturali perfecta). Sculptura illi *C. cancellati* var. *tuberculati* Dej. similis est.

II. var. *Kolbi*: Limites tertiarii manifesti in granulatis magna dissoluti sunt quae partim cum costis partim cum tuberculis catenarum nunc abbreviatis confundunt, ut connexus quasi pontes inter costas paulo altius prominentes oriantur, quare tuberculorumque abbreviatione scrobiculi plus minusve rotundi formantur. Ergo: costae tribus foveolarum fere transversis tuberculis sejunctarum seriebus alternant.

III. var. *Bastinelleri*: Longius progressa est diffinatio confusis perfecte costis cum tuberculis etiam brevioribus limitibusque tertiaris, ut solum modo punctis minutissimis principialis sculpturae vestigia cognosci possint et tres foveolarum perparuni distantium series restent, quae angustissimis saepe pontibus se junguntur, ut in *C. cibrato*, in quo tamen foveae minus profundae magis distant latiusque separatae sunt.

Hab. in regione alpina montis Keniae in altitudine 10—12000 pedum in Britannica Africa orientali.

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Entomologische Nachrichten](#)

Jahr/Year: 1899

Band/Volume: [25](#)

Autor(en)/Author(s): Roeschke H.

Artikel/Article: [Carabologische Notizen IV. 357-358](#)